



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Macarius Romanus Conf. 23. Octobris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

664 VITÆ SANCTORUM. 23. Octob.
mortuum. Et BOËTIUS quidem refe-
ctum caput utrâque manu memoratur
humo sustulisse, interrogantique per
inurbanum jocum, à quo percussum se
existimaret, serio, *ab impiis*, respondi-
sse; inde progressus in templum demississe
in genua sese, ac preces inter caput arâ,
animum cælo deposuisse. At Symachus
gladio & ipse cælus suum sociique caput
abundè fertur vindicasse. Siquidem cœ-
nanti Theodorico portentosi piscis caput
appositum Symmachi ajunt imaginem
induisse, hiantique ore & dente minita-
bundo ita perterruisse, ut metu morte-
que rigens infelicem animam in ollas
(quemadmodum S. Gregorius refert)
Vulcani expiraverit, tunc etiam multis
deflens innocentium Martyrum necem.
Sed & hodie Musæ Boëtium Symmachum-
questerent, nisi in his oculos suos ami-
sissent. *Ex vitâ Boët. & Bar.*

*Quanta est mentis occupatio in appetitu
terrenæ gratiæ? & quantus est timor, ne
hæc eadem gratia perdatur? Perpende er-
go quæ pœna sit aut prosperitatis desiderio
fatigari, aut adversitatis timore pœvesce-
re? S. Greg. l. 6. Regist.*

S. MACARIUS ROMANUS CONF.
23. Octobris.

Bellè Veneri illudit MACARIUS, cum
nuptiali in thalamo sponsam reliquit,
& Ra-

23. Octob. VITÆ SANCTORUM. 665
& Raphaële comite in ultimas solitudi-
nes castitatem asportavit. Ibi dum an-
trum subit, in geminos catulos & ponè
accubantem exanimem leenam offendit.
Hanc igitur tumulto infert, catulos de
suâ mensâ alit educatque. Crescunt illi,
& à nutritii sui collo innoxii pendent,
blandientem lambunt, arridenti adru-
giunt blandum. O semper tutior inter
feras, quàm non dicam inter mulieres,
sed mulierum etiam umbras virginitas!
prodit foras MACARIUS, strophium
reperit è findone, è serico calceolos.
Quid agis, MACARI? Viscum mitte.
Audit allacrimantem malis suis vocem.
Ah aures obtura! Sirenem audis. Videt
mulieris formam omni simulachro e-
mendatiorem. Etheu oculos claudè?
Scorpionem vides. Ecce tecto recipit.
Superos testor, MACARI! vivam lea-
nam introducis, qui mortuam extulisti.
Quid multis? triumphato hospite in fu-
mos abit dæmonium, in lacrymas MA-
CARIUS, in fugam leones. Quin ipse
quoque se fugit; sed obstitit bonus du-
ctor Raphaël. Ergo in genua & preces
se abjecit XL. ipsos dies jejunos. Tum ve-
ro conciliatos Superos, primum leones
reduces, deinde multa lux cælo allapsa,
tum gratantium Angelorum voces, de-
mum Christus ipse conspicuus indica-
rit. Atque hæc MACARIUS ipse tri-
bus aliis eremi incolis, nos vero Ma-
ria.

T t 5

666 VITÆ SANCTORUM. 24. Octob.
rianis ideò hodie narramus, ut sciant
securiùs castitatem binis leonibus coha-
bitare, quàm uni faminae. Ex Menais.

*Contra reliqua vitia Deo auxiliante de-
bemus in præsentì resistere? libidinem cui
fugiendo superare: contra hujus impetum
apprehende fugam, si vis obtinere victo-
riam; neque tibi sit verecundia fugere, si
castitatis palmam desideras obtinere. Au-
gustin. serm. 250.*

SS. MARTYRES NAGRANI.
24. Octobris.

Non jam singulos Martyres produce-
re in arenam, & cum tyrannis com-
ponere, sed producere in campum ple-
nam aciem iuvat, & totam pro Christo
pugnaturam urbem Nagranam armare.
Cave tamen cum in exercitu nostro sa-
cros homines, senes, matronas, pue-
ros, & adeò puellas vides, apparatus
nostrum riseris. Videbis majores cor-
poribus suis animos, & viros sub stolâ,
ipsamque in senibus juventam, in sacer-
dotibus fortitudinem. Ecce enim Are-
thas (urbi præfectus fuit) xcv. anno-
rum senex canos pulchros sanguine pin-
git, lauro ornat: potuitne quidquam glo-
riosius ab hâc ætate fieri? Ruunt cum
hoc in mortem eandem socii ccc. xl.
an præeuntem ducem non rectè secuti
milites? Sacerdotes sacrorumque mini-
stri